

- ε Τό γε μὴν δυνατόν εἶτε καὶ μὴ ἀδύνατον ἐν τε τῷ πέμπτῳ καὶ
 ἔκτῳ τῶν Πολιτειῶν διὰ μακροῦ ἐπεξιῶν εὐγνώμοσιν ἀκροαταῖς οὐδεμίαν
 ἀμφιβολίας ἀφορμὴν καταλείπει τοῦ μὴ ἂν τινα τοιαύτην πολιτείαν γενέσθαι
 δύνασθαι. τὸ μὲν γὰρ ὅλον, «ἐὰν μὴ ἢ οἱ φιλόσοφοι, φησί, βασιλεύσωσιν
 ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι
 γνησίως τε καὶ ἱκανῶς καὶ τοῦτο εἰς ταῦτόν ἐξυμπέσῃ, δύναμις τε πολιτικὴ
 καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ
 φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσι,
 δοκῶ δ' οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, αὐδὲ αὕτη ἡ πολιτεία μὴ ποτε φυῆ τε πρό-
 10
 U 127 τερον τραφῆ τε εἰς τὸ δυνατόν καὶ φῶς ἡλίου ἰδῆ, ἣν εἰς λέγει διεργλυ-
 θάμεν.» κατὰ μέρος δὲ τοῦτο ἐπεξιῶν ἐφεξῆς, οἷους εἶναι δεῖν τοιοῦτους
 γε φιλοσόφους παραδίδωσιν. εἶναι γὰρ δεῖν ἀληθείας φίλους· αὕτη γὰρ ἡ
 σοφία — καὶ ἀληθείας πάσης ἐπιθυμητάς τε καὶ φιλοθεάμονας. τὴν γὰρ τι
 φιλοῦντα οὐ τὸ μὲν φιλεῖν, τὸ δὲ μὴ, ἀλλὰ τὸ πᾶν αὐτοῦ στέργειν. τοὺς
 δὲ δὴ τοιοῦτους, ἅτε μὴ ταῖς φαινομένοις μόνον καλοῖς ἢ δικαίοις ἐναπο-
 15
 μένοντας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ νοούμενα καὶ κοινὰ δὴ ταῦτα, ὧν μετοχῆ τὸ
 καλὸν ἢ τὸ δίκαιον καλὸν ἢ δίκαιον λέγεται, ἀναγομένους τῷ νῶ καὶ οὔτε
 τὰ μετέχοντα αὐτὸ οὔτε αὐτὰ τὰ μετέχοντα ἡγουμένους, ἐπιστήμην καὶ
 γνῶσιν τῶν ὄντων, οὐ δόξαν κατὰ τοὺς ἄλλως ἔχοντας ἔχειν. οὐς καὶ
 «ἡγεμόνας δεῖν πόλεως εἶναι.» τοὺς γὰρ δυνατοὺς «νόμους φυλάξαι καὶ
 20
 ἐπιτηδεύματα πόλεων», τούτους εἶναι φύλακας χρῆναι πρὸς «ἐναργῆς ἐν τῇ
 ψυχῇ παράδειγμα» καὶ «ὡς περ γραφεῖς εἰς τὸ ἀληθέστατον ἀποβλέποντας
 κάκεισε αἰεὶ πάντα ἀναφέροντάς τε καὶ θεωρούμενους ὡς οἷόν τε ἀκριβέστατα
 καὶ οὔτω τὰ ἐνθάδε νόμιμα καλῶν τε πέρι καὶ δικαίων τιθεμένους τε, ἐὰν
 V 194 δέη τίθεσθαι, καὶ τὰ κείμενα φυλάττοντας σώζειν.» καὶ μάλιστα ἂν τῶν
 25
 δόξαν, οὐ γνῶσιν περὶ τῶν ὄντων ἐχόντων μὴ ἐλλείπωσι μηδὲν ἐμπειρίαν
 μηδ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ μέρει ἀρετῆς ὑστεροῦσιν. δυνατόν γὰρ αὐτοὺς ταῦτά
 τε κάκεινα καὶ γνῶσιν τῶν ὄντων ἀκριβῆ καὶ ἐμπειρίαν ἱκανὴν ἔχειν. εἶναι
 γὰρ αὐτοὺς «τῆς αἰεὶ οὐσης οὐσίας καὶ μὴ πλανωμένης ὑπὸ γενέσεως καὶ
 φθορᾶς» ἐραστάς, μηδαμῶς προσδεχομένους τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ μισοῦντας,
 30
 U 127^v τὴν δ' ἀλήθειαν στέργοντας καὶ τὰς μὲν διὰ σώματος ἡδονὰς ἀποπτύοντας,
 B 88 τὰς δὲ περὶ ψυχὴν ἀσπαζομένους, «εἰ μὴ πεπλασμένους, ἀλλ' ἀληθῶς» φιλόσοφοι
 εἶεν. τοιαῦτα ὁ ἡδονῆς φίλος κατὰ τὴν κατηγορίαν περὶ ἡδονῆς φιλοσοφεῖ.
- 7 Οἷς ἔπεται σόφρονας αὐτοὺς εἶναι καὶ κοσμίους, χρημάτων καταφρο-
 νητάς, — φιλοχρηματίαν γὰρ ἀνελεύθερον καὶ μικρόλογον εἶναι. ταῦτα δὲ ψυχῇ
 35
 φιλοσόφου μελλούσῃ τοῦ ὅλου καὶ παντός αἰεὶ ἐπορέζεσθαι ἐναντιώτατα
 εἶναι. — ἀδελφεῖς θανάτου, οὐ δειλοῦς, οὐκ ἀλαζήνας, οὐ δυσζυμβόλους, οὐκ
 ἀδίλους, εὐμαθεῖς, μνημονικούς, ἔμμουσον, ἔμμετρον καὶ εὐχαριν διάνοιαν
 ἔχοντας. «τοιαύτην μέντοι φύσιν καὶ πάντα ἔχουσαν, ἕσα εἴρηται νῦν δὴ,
 εἰ τελέως μέλλοι φιλόσοφος γενέσθαι, ἡλιγάκις τε ἐν ἀνθρώποις φύσει καὶ
 40
 ὀλίγας.» καὶ φυσίσης πολλοὺς ὀλέθρους καὶ μεγάλους εἶναι μὴ τροφῆς τῆς προση-
 κούσης τυχεύσεως. «τὴν γὰρ ἀρίστην φύσιν ἐν ἀλλοτριωτέρα οὔσαν τραφῆ
 κάκιον ἀπαλλάττειν τῆς φαύλης.» «καὶ τὰς ψυχὰς τὰς εὐφροσύνης κακῆς

Verum perdifficile id fore minime dubitavit. Fieri tamen posse quinto 6 et sexto de Re publica libro exposuit. Initium etenim et quasi fundamentum, quo talis res publica constitui possit, virtus perfecta et absoluta est, quae si desit, ne Plato quidem ipse constitui posse existimat. Eius verba 5 haec sunt: »Omnino nisi vel philosophi imperent vel imperantes diligenter perfecteque philosophentur, et ipsa civilis potestas cum philosophandi ratione coniungatur, excludanturque variae voluntates, quae seorsum in utramque partem hominum animos trahunt, fieri non potest, ut civitatibus ulla malorum requies adsit, immo, ut opinor, nec huius, quem modo ex- 10 posui, rei publicae status consistere in genere humano augerive poterit nec primo quidem ortu in lucem prodire.« Quae cum ita dixisset, singulatim persequitur, quales esse philosophos oporteat, veritatis scilicet studiosos, virtutis aemulos, contemplationis studio ferventes, per quam ex iusta honestaque rerum humanarum ratione reduci ad illa divina possint, quo- 15 rum participatione haec sunt appellanturque, et non dubiam quandam opinionem, sed certam rerum scientiam possidere. Tales simul et philosophos et principes et tutores custodesque civitatis esse inquit oportere. Quos enim legum officiorumque observatores statuit, eosdem custodes quoque idoneos fore non dubitat. Sic enim sperat futurum, ut ipsi optimo 20 philosophandi studio nihil agant, nisi quod ad exemplar illud perfectum absolutumque referatur, quod humana officia imitantur et, quoad eius fieri potest, repraesentant et exprimunt, rerumque usu et virtutis cultu atque exercitatione cogitent et, quae facto opus sunt, egregie faciant, quaeve servanda instituta sunt, diligentissime servent.

Esse praeterea philosophi inquit voluptates corporis repudiare, animo 25 studere, pecuniam quasi rem exiguam et philosophi magnitudine animi minime dignam contemnere, mortem non formidare, iustitiam colere, constantem, fidelem, modestum, benignum, facilem, ingeniosum, memorem, iucundum, elegantem, tum natura, tum industria festivum esse. Ceterum 30 perraro eius naturae hominem reperiri latetur, et si quis huiusmodi ortus fuerit, multa graviaque pericula obire, nisi ingenue educetur regaturque. Naturae enim optimaec hanc esse rationem, ut nisi recte instituatur, vitiosior evadat quam ea, quae a nativitate vilis ignobilisque exstiterit. Denique animos ingenio praestantissimos, si male instituti fuerint, pessimos reddi,

10 *τραπή τε* *cod. l.* | *Burnet om.* | 18 *τι* U *τοι* B, *om* V | 18 *τὰ* U | B V M *om.* | 22 *γραφεῖς* V *γραφῆς* U B | 2 *ἀν τῶν* U *αὐτῶν* B V | 39 *εἴρηται* *codl.* *προσετάξαμεν* *l. l.*

4 Plat. Pol. V. 473 c. e. | 20 Plat. Pol. VI. 484 b. | 20 Plat. Pol. VI. 484 c. d. | 29 Plat. Pol. VI. 485 b. | 32 Plat. Pol. VI. 485 c. | 39 Plat. Pol. VI. 491 a. b. | 42 Plat. Pol. VI. 491 d. | 43 Plat. Pol. VI. 491 e.

- παιδαγωγίας τυχούσας διαφερόντως κακὰς γίνεσθαι. α οὐ γὰρ ἐκ φαύλης ἀλλ' ἢ ἐκ νεανικῆς φύσεως τροφῆ διολλυμένης τὰ μεγάλα ἀδικήματα γίνεσθαι. ἀσθενῆ δὲ φύσιν μεγάλων οὔτε ἀγαθῶν οὔτε κακῶν αἰτίαν ποτὲ ἔσεσθαι. διαφθείρεσθαι δὲ γε αὐτήν, ὅταν ἄνθρωποι καὶ πολλοὶ εἰς ἐκκλησίας ἢ εἰς δικαστήρια ἢ εἰς θέατρα ἢ στρατόπεδα ἢ τιν' ἄλλον κοινὸν πλῆθους σύλλο- 5
- V 194^v γον ξὺν πολλῶ θορύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων, U 128^v ἐπαινετὰ γε δηλαδὴ ὄντα, τὰ δ' ἐπαινῶσι, ψέγειν δέον, καὶ ὑπερβαλλόντως ἐκάτερα, καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες, πρὸς δὲ αὐτοῖς αἶ τε πέτραι καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἂν ὦσιν ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι τοῦ ψόγου τε καὶ ἐπαινοῦ. α ἀναγκάζεται γὰρ ἢ τε τοῦ νέου τοιαύτη ψυχὴ τὰ αὐτὰ 10 τούτοις καλὰ καὶ αἰσχρὰ φήσιν εἶναι καὶ ἐπιτηδεύσειν ἅπερ ἂν οὔτοι καὶ ἔσεσθαι τοιοῦτος. τὸ γὰρ χεῖρον, ὅτι καὶ μὴ λόγῳ, πείθονται θμῶς ἔργῳ οἱ ἀκούοντες, ἀτιμίαις τε καὶ χρήμασι καὶ θανάτοις κολαζόμενοι, καταγελάμενοι καὶ καταφρονούμενοι καὶ ἐμπιεζόμενοι ὑπὸ βαναύσων ἀνδρῶν καὶ τὰς φύσεις ἀγελῶν εἰς σοφίαν ἐκ τῶν τεχνῶν ἐκπηδῶντων καὶ τὰς ψυχὰς 15 ἀποτεθρευμένων τε καὶ συγκεκλασμένων καὶ οὐδὲν γνήσιον οὐδὲ φρονήσεως ἀξίον ἀληθινῆς ἐχόμενον ἐν διανοίᾳ τρεφόντων, ἔτι τε ἰδίᾳ ἐπιβουλευόμενοι
- B 88^v ὑπὸ τῶν γε τοιούτων καὶ δημοσίᾳ εἰς ἀγῶνας καθιστάμενοι καὶ πάντα τρόπον ἀνθελκόμενοι καὶ τῶν ἰδίων ἐκτρεπόμενοι λογισμῶν καὶ τέλος χειρόνες ἢ ἐκεῖνοι ἀποβαίνοντες καὶ μᾶλλον διεφθαρμένοι. εἰ μὲντοι σωθείη 20 καὶ γένοιτο, ἵστων δὲ ἐν τοιαύτῃ καταστάσει πολιτειῶν, θεοῦ μοῖραν αὐτὸ σῶσαι α λέγοντες οὐ κακῶς ἐροῦμεν.
- π Τούτους οὖν τοιούτους ἡγεμόνας πόλεων ὄντας καὶ νόμων ἀκριβεῖς ἔσεσθαι φύλακας καὶ τὴν εἰρημένην πολιτείαν ἐπιμελουμένων τῶν οὕτως ἀκρῶν φιλοσόφων γίνεσθαι ἂν μὴ δεῖν ἀμφιβάλλειν. τῆς γὰρ τοιαύτης Μούσης 25 πόλεως ἐγκρατοῦς γενομένης, οὐκ ἀδύνατον αὐτὴν γενέσθαι, ἀλλὰ χαλεπὸν μὲν, δυνατὸν δέ. χαλεπὸν μὲν γὰρ τοιαύτας φύσεις γενέσθαι, οὐκ ἀδύνατον δέ. φύσεων δὲ γενομένων τοιούτων καὶ τιν' εἰρημένην πολιτείαν γενέσθαι ἂν, ὠφέλιμὸν γε καὶ βελτίστην οὔσαν, ὡς δέδεικται. τὰς γὰρ γενναίας τῶν φύσεων τὰ βέλτιστα ἂν αἰρεῖσθαι. ἅτε γὰρ εἰς τὰ τεταγμένα τε καὶ κατὰ 30 ταῦτά αἰεὶ ἔχοντα ὄρωντας καὶ θεωμένους μηδὲ πρὸς ἀνθρώπων δόξας ἐπτοημένους μὴ τὰ αὐτὰ καλὰ καὶ αἰσχρὰ τῷ πλήθει νομίζειν, ἀλλὰ πρὸς
- V 195^v τὰ τῷ ὄντι καλὰ καὶ πρὸς αὐτὰ τὰ ὄντα τὴν διάνοιαν ἔχειν ἡκόσμιον τε καὶ κατὰ λόγον ἔχοντα πάντα, καὶ ταῦθ' ὅτι μάλιστα μιμεῖσθαι τε καὶ
- U 128^v κατὰ δύναμιν ἀφομοιοῦσθαι. α. μηδὲ γὰρ εἶναι τὸν, ἢ τῷ τις ὁμιλεῖ ἀγά- 35 μενος, μὴ καὶ μιμεῖσθαι ἐκεῖνο. α. θεῖον οὖν καὶ κοσμικὸν τὸν γε τοιοῦτον φιλόσοφον ὁμιλοῦντα κόσμιόν τε καὶ θεῖον εἰς τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ γίνεσθαι. α. καὶ εἰ τις αὐτῷ ἀνάγκη γένηται, α. ἐκεῖ ἕρᾳ, μελετῆσαι εἰς ἀνθρώπων ἥθη καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ τιθέναι, ἀριστος ὁ τοιοῦτος ἔσται δημιουργός, σωφροσύνης τε καὶ δικαιοσύνης καὶ ξυμπάσης τῆς δημοτικῆς ἀρετῆς θεῖον 40 χρώμενος παραδείγματι καὶ πρὸς ἐκεῖνο τὴν τοιαύτην γε πολιτείαν διαγράφων, πρὸς τὸ φύσει δίκαιον καὶ καλὸν καὶ σῶφρον καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πυκνὰ ἀποβλέπων καὶ τὸ θεοειδὲς τε καὶ θεοεικελὸν ἐν ἀνθρώποις

quippe non vulgarem et quamlibet esse naturam, quae summi vel boni vel mali causam praebet, sed eximiam quandam et singularem, quae ut summa bona, sic summa mala facere possit, si debita educandi ratio defuerit. Labem autem perniciemque naturae tum maxime accidere, cum permulti
 5 frequentesque scelerati vel in senatu vel in foro vel in theatro vel in exercitu vel in quovis hominum coetu res, quae honeste et cum laude aut aguntur aut dicuntur, reprehendunt atque vituperant, contra, quae turpiter aguntur dicunturve, probant et laudant atque utrumque supra modum faciunt et tumultuantes, vociferantes, plaudentes suum vitium augent.
 10 Sic enim adolescentum animos cogit, ut illis assentiantur eademque et probent et agant accedere ad haec supplicia virorum bonorum ignominias, multas, discrimina capitis, damna, iacturas, quibus optima quaeque indoles ab officio virtutis ad facinus evocetur, cui paulatim affluens peior in dies ac ceteris longe scelestior evadat. Itaque verissime dici posse divino
 15 quodam auxilio contingere, si quis in statu huiusmodi rei publicae incorruptus servari et virtutem colere possit.

Cum igitur Plato principes civitatis philosophos instituat civesque omnes perfecta virtute et integerrimis moribus institutos ac praeditos quasi unum hominem formet, non temere censet fieri posse, ut usus mulierum
 20 communis servetur sine detrimento atque incommodo civitatis, siquidem peculiaris ille et proprius distrahit civium voluntates facitque, ut per discordiam mala oriantur, quibus tandem civitates intereunt. Atqui perdifficile hoc esse minime negat. Verum si fieri possit, ut homines plures cum natura, tum studio eum faciant perfectum, ut omnes uno animi consensu
 25 vivant usumque rei familiaris atque uxoriae non propria voluptate, sed procreatione dumtaxat liberorum et patriae tutela definiant, satis sibi rationis esse ad opinionem tuendam arbitratur. Quod si quis plures hoc modo coniungi vinculo virtutis non posse vel contra naturam id fieri existimat, ratione demonstret et explicet, ut sublata Platonis positione nihil praeterea
 30 sit, quod consequi possit. Etenim hac salva frustra laborare videtur, qui rem communem damnat et reprobat. Nam sicuti ostensum a se putat, et cura negotiorum et caritas liberorum et reverentia parentum non minus hoc modo servatur, quam si varie sua quisque seorsum matrimonia procuret. Mihi quidem non secus argumentari videretur, qui ita obiiceret,
 35 quam si corpus humanum ex pluribus variisque membris a natura constitutum in ceteris quidem vitae officiis communi opera omnium membrorum fungi censeat oportere, quod autem universum corpus servet, non ab eodem pari modo procedere, sed singulatim id a singulis partibus fieri, ut partim caput, partim manus aut pedes dissimili id fine perficiant.

20 μέντοι Ὡ μὲν τις B V | 33 κόσμῳ τε *codd* κόσμῳ δὲ πάντα *edit*.

2 Plat. Pol. VI. 491 e. | 4 Plat. Pol. VI. 492 b c. | 21 Plat. Pol. VI. 492 e.
 33 Plat. Pol. VI. 500 c.

ἀπεργαζόμενος μίμημα. ἐπεὶ δὲ τοιοῦτοι μὲν οἱ ἀληθεῖς φιλόσοφοι, τοιοῦτους δὲ γενέσθαι καὶ πάνυ τοι χαλεπὸν, οὐ μέντοι ἀδύνατον, ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῶν πάντων οὐδ' ἂν ἓνα σωθῆναι ποτε καὶ οἷόν φαμεν ἀποβῆναι. εὖ τε καὶ καλῶς εἴρηται, »πρὶν ἂν πόλεως τὸ φιλόσοφον γένος ἐγκρατὲς γένηται«, οὔτε πόλει οὔτε πολίταις ποτὲ κακῶν παύλαν ἐσομένην, μηδὲ τὴν πολιτείαν, ὅ ἦν λόγῳ ἐμυθολόγει, ἔργῳ τέλος λήψεσθαι, καὶ ἓνα γὰρ τοιοῦτον ἱκανὸν γενόμενον, πόλιν ἔχοντα πειθομένην, πάντ' ἂν ἐπιτελέσαι τὰ νῦν ἀπιστού-
 B 89 μενα, καὶ μὴ ἀδύνατον εἶναι μηδ' εὐχαῖς ὁμοία λέγειν.

- Καὶ οὕτω μὲν ἐν Πολιτείαις καὶ ὠφέλιμον αὐτὴν καὶ δυνατὴν ἀποδείκνυσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ χαλεπὴ ἐστίν — χαλεπὰ γὰρ τὰ καλὰ, καὶ ψυχὴ τελέως 10 φιλόσοφος ὀλιγάκις τε καὶ σπανίως φύεται ἐν ἀνθρώποις —, διὰ τοῦτο ἐν
 U 129 Νόμοις ἐκκλίνει Πλάτων τὸ τοιαύτης πολιτείας εἶδος, οὐχ ὡς οὐκ ἄριστον ὄν, εἴ τις αὐτὸ ἐξεργάσαιτο — τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον καὶ ἄριστον πολιτείας εἶδος — ἀλλ' ὡς οὐ κατὰ τὴν νῦν γένεσιν καὶ παιδείυσιν καὶ τροφὴν ὄν. δεύτερον δὲ καὶ τρίτον παραδίδωσι πολιτείας εἶδος, τὴν 15 αἴρεσιν τοῖς ἀκροατικῶς καταλείπων. εἶπεν ἐν Νόμοις οὐκ ὀλίγα ἑαυτῷ ἀντιτιθεὶς περὶ τοῦ δοκοῦντος ἀδυνάτου τῆς τοιαύτης γε πολιτείας καὶ τρόπον
 V 195^v γενέσεως παίδων καὶ κτημάτων κοινότητος καὶ χρημάτων μετριότητος καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν τοιούτων στερήσεως καὶ ὡς, οἷον ὄνειρατα λέγοι ἢ ἐκ κηροῦ τινα πόλιν καὶ πολίτας πλάττοι, ἀποκρίνεται λέγων· »ὦ φίλοι, μηδ' αὐτὸν δοκεῖτε με λεληθέναι τὸ νῦν λεγόμενον, ὡς ἀληθῆ διέξε-
 20 ἔρχεται τινα τρόπον«. »ἀλλὰ γὰρ ἐν ἐκάστοις τῶν μελλόντων ἔσπεσθαι« δεῖν, φησί, »τὸν τὸ παράδειγμα δεικνύντα, οἷον δεῖ τὸ ἐπιχειρούμενον γίνεσθαι, μηδὲν ἀπολείπειν τῶν καλλίστων τε καὶ ἀληθεστάτων. ὅ δὲ ἀδύνατόν τι ξυμβαίνει τούτων γίνεσθαι, τοῦτο μὲν αὐτὸ ἐκκλίνειν καὶ μὴ 25 πράττειν, ὅτι δὲ τούτου τῶν λοιπῶν ἐγγύτατά ἐστι καὶ ξυγγενέστατον ἔφυ τῶν προσηκόντων πράττειν, τοῦτ' αὐτὸ διαμηχανᾶσθαι, ὅπως ἂν γίνηται.« καὶ ἐν Πολιτείαις· »εἰ καὶ μὴ δυνατὴ ἦν, φησίν, ἢ τοιαύτη πολιτεία γενέσθαι οὐδὲν ἂν ἤττον ἦν περὶ αὐτῆς διαλεκτέον παραδείγματος ἕνεκα ποιουμένοις τὸν λόγον, ὡσπερ καὶ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας ζητοῦντες, οἷον ἐστίν 30 ἑκάτερον, δεῦρο ἴκομεν.« »ἐὰν οὖν εὖρωμεν, οἷον ἐστὶ δικαιοσύνη, οὐχὶ καὶ ἀνδρα τὸν δίκαιον ἀξιώσομεν μηδὲν δεῖν αὐτῆς ἐκείνης διαφέρειν,
 U 129^v ἀλλὰ πανταχῆ τοιοῦτον εἶναι, οἷον δικαιοσύνη ἐστίν· ἀλλ' ἀγαπήσομεν, ἐὰν ὅτι ἐγγύτατα αὐτῆς ἦ καὶ πλεῖστα τῶν ἄλλων ἐκείνης μετέχῃ«, ὡσπερ οὐδὲ ζωγράφος οὐδὲν ἤττον ἀγαθὸς ἂν λέγοιτο, »ὅς ἂν γράψας παράδειγμα, 35 οἷος ἂν ἦ ὁ κάλλιστος ἀνθρώπος, καὶ πάντα εἰς τὸ γράμμα ἱκανῶς ἀποδούς, μὴ ἔχοι ἀποδείξαι, ὡς καὶ δυνατὸν γενέσθαι τοιοῦτον ἀνδρα«. καὶ ἡμεῖς οὖν παράδειγμα λόγῳ ποιῶντες ἀγαθῆς πόλεως, οὐχ ἤττον εὖ

26 τούτου Burnet τοῦτο U B V M | 31 οὐχὶ *cod. l.* ἀρα *edit.* | 33 ἀλλ' *cod. l.* ἢ *edit.* | 36 ἢ *cod. l.* εἴη *edit.* | 37 ἔχοι *cod. l.* ἔχη *edit.*

4 Plat. Pol. VI. 501 e. | 6 cf Plat. Pol. VI. 502 b | 20 Plat. Legg. V. 746 b c. 28 cf. Plat. Pol. V. 471 c. | 30 cf. Plat. Pol. V. 472 b. | 31 Plat. Pol. V. 472 c. | 34 Plat. Pol. V. 472 c.

Nec videt magis naturae consentaneum esse, immo plane necessarium, ut, quod ad conservationem universi attinet, id ab universo agatur communi partium opera parique consensu et, ut ita dicam, magis unito. Quod enim civitatis speciem servat, liberorum procreatio est, quae ut dirimit atque
 5 interimit, si privatim secedit, sic si publice constituitur, unit et servat. Sed enim falli plerique consueverunt, dum privatim favent, quia id melius esse iudicant, ad quod homines sentiunt esse propensiores. Natura quidem ad voluptatem homo propensior est, quam usu propriae potius quam communis rei augeri constat. Verum commodum civitatis dignitatemque vir-
 10 tute non maioris voluptatis cupiditate, sed melioris conditionis ratione definire fas est, etiamsi labores, si pericula, si mortem ipsam subire oporteat.

Ob nimiam tamen difficultatem, quae in hoc rei publicae statu con-
 stituendo esset atque servando, ne Plato quidem ubique hanc matrimonii
 communionem probat, sed in libris de Re publica hoc consulit, de Legibus
 15 vero suum cuique matrimonium assignat, ut, si quod optimum esse ei visum est, effici nimia difficultate non potest, non desit consilio et opera eius secundum rei publicae genus et tertium, quo homines commode in unum locum coalescere possint et vivere. Cum igitur plura sibi ipse quam vel Aristoteles vel quisvis alius obiecisset de communi mulierum ceterarumque
 20 rerum usu, de victus et cultus tenuitate, de auri et argenti inopia, seque ex aliorum opinione damnasset, quasi ex cera finxisset civitatem aut somnia narrasset aut rem factu impossibilem suasisset: »O amici, inquit, non sum nescius dici quodam modo vere istaec posse, nec me fugit tantam esse rei difficultatem, ut, quasi omnino effici nequeat, praetermittenda videatur. Verum-
 25 tamen in unaquaque re agenda exemplar proponendum optimum est, cuius imitatione enitendum pro viribus sit maiora attingere. Ubi vero contingit, ut vires nostrae deficient, desistendum est satisque actum esse existimandum, si studio, opera, sollertia et diligentia nostra, quam maxime fieri potest, ad eius exemplaris dignitatem accesserimus, quod nobis imitandum
 30 sequendumque proposueramus. Quam ob rem in ea quoque rei publicae ratione, de qua agimus, hoc idem servandum est.« »Etsi enim ita videtur eiusmodi rei publicae statum effici minime posse, proponendum tamen exemplar fuit omni ex parte perfectum, cuius specie forma et imago rei publicae quam maxime excellentissima constitueretur, quem ad modum de
 35 iustitia quoque, qualisnam esset, quaerendo hucusque egimus. Nam si, qualis iustitia sit, compererimus, non iam virum iustum nihil ab illa differre omnique ex parte talem esse oportere, qualis ipsa est, censebimus, sed satis esse, si quam proxime accesserit et supra ceteros omnes particeps eius factus sit. Perinde ac si pictor aliquis exemplaris gratia pulcherrimum
 40 hominem pinxerit et universa humani corporis ornamenta perfectissime expresserit, non propterea minus laudandus erit, si effici non poterit, ut talis homo procreetur, qualem suo ingenio artificioque confinxit, sic nos cum civitatis optimaie statum verbis depingimus et eximia quadam forma descri-

λέγομεν, καθ' ἡμῶν ἔχωμεν ἀποδειῖξαι, ὡς δυνατὸν οὕτω πόλιν οἰκῆσαι, ὡς ἐλέγετο».

- 10 Διὰ ταῦτα δὴ πάντα ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Νόμων περὶ γάμων καὶ τῆς
 B 89^v ἀρίστης πολιτείας: τὸν λόγον ποιοῦμενος· »τὸ ὀρθότατόν ἐστι, φησὶν, εἰπεῖν
 μὲν τὴν ἀρίστην πολιτείαν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην, δοῦναι δὲ εἰπόντα αἵρεσιν ὁ
 ἐκάστῳ τῷ τῆς συνοικῆσεως κυρίῳ. ποιῶμεν δὴ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον
 V 196 καὶ τὰ νῦν ἡμεῖς, εἰπόντες ἀρετῇ πρώτην πολιτείαν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην·
 τὴν δὲ αἵρεσιν Κλεινίαν τε ἀποδιδῶμεν τὰ νῦν, καὶ εἴ τις ἄλλος ἂν δὴ ποτε
 ἐθελήσειεν ἐπὶ τὴν τῶν τοιούτων ἐκλογὴν ἐλθὼν κατὰ τὸν ἑαυτοῦ τρόπον
 ἀπονεύμασθαι τὸ φίλον αὐτῷ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος. πρώτη μὲν τοίνυν πόλις 10
 τέ ἐστι καὶ πολιτεία καὶ νόμοι ἀριστοί, ὅπου τὸ πάλαι λεγόμενον ἂν γίγνη-
 ται κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ὅτι μάλιστα. λέγεται δὲ ὡς ὄντως ἐστὶ κοινὰ
 τὰ φίλων. τοῦτ' οὖν εἴτε που νῦν ἔστιν εἴτ' ἐστὶ ποτέ — κοινὰς μὲν γυναῖ-
 κας, κοινούς δὲ εἶναι παῖδας, κοινὰ δὲ χρήματα ξύμπαντα καὶ πάση μη-
 χανῇ τὸ λεγόμενον ἴδιον πανταχόθεν ἐκ τοῦ βίου ἅπαν ἐξήρηται, μεμηχάνη- 15
 ται δ' εἰς τὸ δυνατόν καὶ τὰ φύσει ἴδια κοινὰ ἀμῆ γέ πη γεγονέναι, οἷον
 U 180 ὄμματα καὶ ὦτα καὶ χεῖρας κοινὰ μὲν ὄραν δοκεῖν καὶ ἀκούειν καὶ πράτ-
 τειν, ἐπαινεῖν τε αἴτιον καὶ ψέγειν καθ' ἓν ὅτι μάλιστα ξύμπαντας ἐπὶ τοῖς
 αὐτοῖς χαίροντας καὶ λυπούμενους, καὶ κατὰ δύναμιν, εἴ τινες νόμοι μίαν
 ὅτι μάλιστα πόλιν ἀπεργάζονται, τούτων ὑπερβολῇ πρὸς ἀρετὴν οὐδεὶς 20
 ποτε ἄλλον ὄρον θέμενος, ὀρθότεραν οὐδὲ βέλτιον θήσεται. ἡ μὲν δὴ τοι-
 αύτη πόλις, εἴτε που θεοὶ ἢ παῖδες θεῶν αὐτὴν οἰκοῦσι πλείους ἑνός, οὕτω
 διαζῶντες εὐφραϊνόμενοι κατοικεῦσιν. δι' ὃ δὴ παράδειγμα γέ πολιτείας οὐκ
 ἄλλο χρὴ σκοπεῖν, ἀλλ' ἐχομένους ταύτης τὴν ὅτι μάλιστα τοιαύτην ζητεῖν
 κατὰ δύναμιν.» 25
- 11 Εἴτ' ἐφεξῆς τὴν μετ' αὐτὴν δευτέραν παραδίδωσι, ταύτην ἐκκλίνας
 ὡς δὴ μὴ κατὰ τὴν νῦν γένεσιν οὔσαν. οὕτως οὐδὲ Πλάτωνα ἔλαθε τὸ
 τοῦ πράγματος δυσχερὲς καὶ τοῖς πολλοῖς δυσπαράδεκτον. ἐπεὶ ὅτι γε οὐ
 πάντῃ τὸ πρᾶγμα ἀδύνατον οὐδέ, ὡς τινες οἴονται τὸ μίαν καὶ ἓν εἶναι
 τὴν πολιτείαν, ἀλυσιτελὲς καὶ κατάλυσις πολιτείας ἐστίν, εἴ γε τὴν πολι- 30
 τείαν ἐκ πολλῶν δέοι συγκεῖσθαι, δῆλον μὲν καὶ τῷ μὴ τῷ ποσῷ τὸ ἓν
 καὶ τὴν μίαν, ὃ κατάλυσις ἐστὶν ὡς ἀληθῶς πολιτείας, ἀλλ' ὁμοιοῦ τε
 V 196^v καὶ ὁμοβουλία καὶ ταυτότητι γνώμης ὑπὸ Πλάτωνος νοεῖσθαι, συστατικόν
 γε τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ μάλα πάσης πολιτείας ὑπάρχον καὶ οὕτω συστα-
 τικόν, ὡς μὴ ἂν ποτε ἄνευ αὐτῶν καὶ οἰανοῦν πολιτείαν συστήναι δύνασθαι, 35
 B 90 τοῦ γ' ἐναντίου τῆς ἀξυμφωνίας, στάσεως καὶ φθορᾶς παντελοῦς οὔσης
 αἰτίου, δῆλον δὲ καὶ ὡς Ἄριστοτέλης αὐτὸς ὁ σοφώτατος πολιτικὸν μὲν τὸν
 ἄνθρωπον ζῶον ἅμα καὶ ἀγελαῖον καλεῖ. πολιτικὰ δὲ ζῶα ἐν τῷ περὶ Ζῴων

8 ἀποδιδῶμεν *Burnet* ἀποδοῦναι *codd.* | 8 ἂν δὴ ποτε *codd.* et *Hermann* ἀεὶ ποτε
Burnet | 19 εἴ τινες U B V οἴ τινες *Burnet* | 21 βελτίω *Hermann* | 22 αὐτὴν U B V *om.* |
 24 ἄλλο U B M ἄλλη *Burnet* | 29/30 τὸ μίαν — πολιτείαν U^x *in marg.* B V M Z *in textu* |
 30 310,3 εἴ γε — γέρανος U^x *in marg.* B V M Z *in textu*

1 *Plat. Pol. V. 472 c.* | 4 *Plat. Legg. V. 739 a—e.*

bimus, nihil propterea erramus, quod nullam ita constitui civitatem, ut disputatur, demonstrare possimus.»

Quid ad haec dicet adversarius? An Platonem affirmabit ignorasse difficultatem rei publicae, quam constituit, nec aliud quicquam de re uxoria nisi publicum ac communem usum probasse? Cum enim haec et multo plura in eandem sententiam Plato scripserit in libris, quos adversarius in Latinam linguam convertisse gloriatur, tamen, quasi nihil unquam ex his legerit, illud unum semper in ore habet communem mulierum usum Platonem statuisse. Quae res utrumne ideo acciderit, quod ea, quae convertisse in Latinum se iactat, parum intellexerit, an quia veram rationem pervertens fallere alios conatus sit, haud facile dixerim. Utrumque certe a probi et docti viri officio alienum est.

Sed quid praeterea Plato de re uxoria statuque rei publicae optimo in libro de Legibus scripserit, videamus. »Nostrum, inquit, officium est, ut statum rei publicae primae et secundae et tertiae explicemus. Tum positus omnibus, quem quisque maluerit, pro suo arbitrio sibi colendum servandumque eliget. Ergo ita agendum, ut primum, qui primus sit, qui secundus et tertius virtute dignitateque, exponamus, mox eligendi potestatem Cliniae nostro in praesentia demus et, si quis alius, utcumque libitum fuerit patriam sibi eligere. Civitas prima et res publica et leges optimae illae sunt, ubi quod veteri proverbio dicitur, per omnem civitatem diligentissime servatur, ut scilicet res amicorum omnes communes sint. Hoc igitur sive terrarum uspian temporibus nostris servatur, sive aliquando servabitur, ut uxores communes, liberi communes, pecuniae communes, res denique omnes communes habeantur et, quod proprium peculiareque vocatur, ex omni vita tollatur adhibeaturque opera, quanto magis fieri potest, ut etiam quae natura unicuique nostrum propria esse voluit, nostro studio communia efficiantur, et iidem sint oculi, aures, manus, quo et videre et audire et facere communi sensu omnia possimus, idem omnibus expetendum sit, idem laudandum, idem vituperandum, idem iucundum, idem molestum et iisdem legibus universi cives diligentissime copulentur et quasi in unum corpus coaluisse videantur, profecto nihil ad huius status integritatem accedere poterit, nihil ad felicitatis cumulum vel commodius vel iucundius vel praestabilius excogitari. Talem igitur urbem si alicubi vel dii vel deorum filii incolunt et plures unius vitam degunt, quid ni felicissime vivunt, nihilque experiri possunt hac sua societate iucundius? Quam ob rem non aliud rei publicae exemplum proponendum est, sed hoc uno proposito enitendum pro viribus, ut statum, quam intendimus rei publicae huic quam simillimum faciamus.»

Post haec alium statum secundo loco exponit et hunc legibus mandat, primo illo praetermisso quasi parum consentaneo moribus praesentis aetatis. Sic ne Plato quidem rei difficultatem ignoravit et aetati suae moderatius consulens alterum rei publicae statum instituit, sic quo pacto primus ille effici posset, declaravit dissolvitque eorum rationes, qui civitatem in varia

Ἱστοριῶν πρῶτῳ φησὶν εἶναι, »ὧν ἓν τι καὶ κοινὸν γίνεται πάντων τὸ ἔργον. ὅπερ οὐ πάντα ποιεῖ τὰ ἀγελαῖα. ἐστὶ δὲ τοιοῦτον ἀνθρώπος, μέλιττα, σφήξ, μύρμηξ, γέρανος.»

- 12 Δηλοῦσι δὲ μάλιστα πάντων καὶ ὅσα τῶν μεγίστων γενῶν κοινογαμία χρώμενα. οὐκ ἀστασιάστως μόνον καὶ τῆς οἰασαῦν ἀνευ ζηλοτυπίας, ἀλλὰ 5 καὶ εὐδαιμόνως ἐβίωσαν, καὶ πρὸς αὐτοὺς φιλίως διακείμενοι καὶ τῶν ἐχθρῶν ἐν πολέμοις κρατοῦντες καὶ κατὰ κράτος νικῶντες. αὐτίκα Μασσαγέται, μέγιστον ἔθνος καὶ πολεμικώτατον, νόμοισι χρέωνται τοιοῦσδε, φησὶν ὁ συγγραφεύς. γυναῖκα μὲν γαμέει ἕκαστος, ταύτησι δὲ ἐπίκοινα χρέωνται.» »τῆς γὰρ ἐπιθυμήσει γυναικὸς Μασσαγέτης ἀνὴρ, τὸν φαρετρε- 10 ὦνα ἀποκρεμάσας πρὸ τῆς ἀμάξης μίσγεται ἀδελῶς.» καίτοι Μασσαγέται, γυναικὸς καὶ ταῦτα τῆς Τομριδὸς αὐτῶν ἡγουμένης, πρὸς Κύρον τὸν μέγαν καὶ τὴν Περσῶν ἀκραιψτάτην δύναμιν πάντα γένη καταδουλωσαμένους ὑπὲρ 15 γυναικῶν καὶ τέκνων κοινῶν μαχόμενοι οὔτε ἀμελήσαντες τῶν κοινῶν οὔτε τὴν πρὸς τοὺς κοινούς υἱεῖς ἀγάπην ἀμβλύοντες, ὥς τισι δοκεῖ δεῖν 16 συμβάλειν τοῖς γε τοιούτοις, ἀγενῶς ἡμύναντα. ἀλλ' ὥστε καὶ κατὰ κράτος νικῆσαι καὶ Περσῶν κρατῆσαι καὶ τὸν Κύρον ἀποκτεῖναι, οὕτω καὶ μέγιστον ἦν τὸ γένος πλήθει ἀνδρῶν καὶ ἀρετῇ πολεμικῇ ὑπερέχον. φησὶ δὲ καὶ Λιβύων τοὺς Νασάμωνα ὁ αὐτός· »γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν ἕκαστος ἐπίκοινον αὐτέων μεῖζιν ποιεῦνται τρήπῳ παραπλησίῳ τῷ 20 καὶ Μασσαγέται.» »πρῶτον δὲ γαμέοντος Νασαμῶνος ἀνδρὸς νόμος ἐστὶ τὴν νόμῳ νυκτὶ τῇ πρώτῃ διὰ πάντων διεξελθεῖν τῶν δαιτημένων μισγυ- 25 μένην.» καὶ Γίνδανας δὲ τινὰς Λιβυκῶν ἔθνος εἶναι φησι, »τιῶν αἱ γυναῖκες περισφύρια δερμάτων πολλὰ ἕκαστη φορᾷ κατὰ τοῖνδε τι, ὡς λέγεται· κατ' ἀνδρα ἕκαστον μεγάλαντα περισφύριον περιδέσσει. ἢ δὲ ἂν πλείστῃ 26 ἔχη, αὕτη ἀρίστη δέδοκται εἶναι ὡς ὑπὸ πλείστων ἀνδρῶν φιληθεῖται.» καὶ Μάχλυες δὲ φησι »μεῖζιν ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιεῦνται.» ἂν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν δευτέρῳ τῶν Πολιτικῶν μέμνηται, ἂνω Λίβια· αὐτοὺς καλῶν, καὶ »τὰ γενόμενα τέκνα κατὰ τὰς ἰσοιότητάς αὐτοὺς διαιρεῖσθαι,» 30 ἢ καὶ Πρόδοτος λέγει. ἱστορεῖ δὲ καὶ Διόδωρος πλείστα τοιούτοις χρώμενα 30 νόμοις γένη. καὶ γοῦν Λιβύοι φησι »γυναῖκας μὴ γαμεῖν, ἀλλὰ κοινὰς ἔχειν, καὶ γεννηθέντας παῖδας ὡς κοινούς τρέφοντας ἐπ' ἰσῆς ἀγαπᾶν· νηπίων δ' ὄντων αὐτῶν πολλάκις τὰς τρεφούσας διαλλάττειν τὰ βρέφη, ὅπως 35 μηδ' αἱ μητέρες ἐπιγινώσκωσι τοὺς ἰδίους. δι' ὅπερ μηδεμιᾶς παρ' αὐτοῖς γενομένης φιλοτιμίας ἀστασιάστους καὶ τὴν ὁμόνοιαν περὶ πλείστου ποι- 35 ουμένους διατελεῖν.» οἷς λόγοις οὐ μόνον τὸ δυνατόν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὠφέλιμον τοῦ τοιοῦτου δείκνυται ἔθους. καὶ αἱ κατὰ Πλάτωνος εἴτε Ἀριστοτέλους

4 δὲ μάλιστα πάντων U^x *suprascripsit* B V M Z *in textu*

1 Arist. De Hist. Anim. α 1. 488 a, 8 - 10 | 8 Herod. Hist. I. 216. | 19 Herod. Hist. IV. 172. | 28 Herod. Hist. IV. 176. | 27 Herod. Hist. IV. 180. | 29 Arist. Pol. β 4. 1262 a, 20 sq. | 31 Diod. Sic. II. 58, 1.

28 Caes. De Bell. Gall. V. 2. 5.

et multiplici quadam rerum partitione constituendam censebant putabantque eam solvi atque perire, si in unum redigeretur. Neque enim unum ratione quantitatis accepit Plato, quod destructio civitatis esset, sed qualitatis, ut unum sit concordia, consensu, unanimitate, denique virtutis unitate, quod
 5 unum civitatem egregie non modo constituit, sed etiam conservat et auget. Quapropter Aristoteles quoque hominem civile ac sociale animal vocat. Civilia vero animalia primo libro de Historia Animalium ea esse dicit, »quorum negotium unum communeque omnium est, idque non omnibus animan-
 10 vespa, formica, grus.«

Quodsi quis exterarum nationum exempla petere velit, quae usu rei
 uxoriae communi non modo sine discordia vel publica vel privata vixerunt, verum etiam hostes superarunt, propagarunt fines imperii et rem publicam suam felicissime servaverunt, permulta sane comperiet. Verum nos paucis quibus-
 15 dam commemoratis, ne longiores simus, huic parti finem imponemus, cum praesertim etiam pauciora satis superque sint ad refellendum eorum errorem, qui Platonem ea, quae ferre natura non posset, scripsisse de re publica opi-
 nantur, id tantum naturae concedendum rati, quod legibus aut institutis aut moribus suae vel gentis vel aetatis sentiunt comprobari. Massagetae
 20 gens ampla et strenua, communibus matrimoniis utuntur, ut Herodotus Halicarnasseus, eximius Historiarum scriptor, refert. Atqui hi sunt, qui contra Cyrum maximum illum Persarum regem et vires ac potentiam eius nationis, quae sibi ceteras nationes subegerat, bellum gesserunt et pro
 communibus liberis et uxoribus pugnantes non rem communem neglexerunt,
 26 non amorem erga liberos communes remissius exhibuerunt, sed magno fortique animo dimicantes victis triumphatisque hostibus et occiso Cyro domum cum ingenti gloria remigravere. Quem morem C. Iulius Caesar a Britannis ita coli in commentarios suos retulit his verbis: »Omnes vero se Britanni ultro glasto inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque
 30 hoc horridiore sunt in pugna aspectu. Capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum superius. Uxores habent deni duodenique inter se communes, et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis. Sed, si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, quorum primum virgo quaeque deducta est.« Afros etiam Nasamones apud
 35 Herodotum legimus communi uxorum usu eodem quo Massagetae more vitam degere. Horum Aristoteles quoque secundo Politicorum libro mentionem facit appellatque Afros superiores et procreatos liberos inter se postea ex similitudine partiri commemorat. Thraces virgines suas, cum quibuscumque libitum fuerit, concumbere ex more permittunt. Brachmanes
 40 Persarum sapientes uxoribus utuntur communibus Philostrato atque Arriano auctoribus. Diodorus etiam Siculus narrat plerasque nationes iisdem legibus ac moribus vivere. Aethiopes uxores non ducere, sed communes habere natosque pueros communi opera educare atque aeque diligere. Saepe etiam